

nigro, & puto in effectu dari rubr. generaliores
 391 nigro. † Nec obstat id, quod dicebatur, quod redargueretur de imperfectione imperator, quia respondeo, quod illa verba rubr. quæ fortasse generaliore faciunt rubr. non ponuntur ad designandum nigrum, sed ad declarandum, vt supra dixi, adeo quod nulla imperfectio potest notari.
 392 * Iaf. † & per hanc communem sententiam decidit, notabi. q. Pau. de castro. in conf. 3 23. alias. 23. ex statuto senensî nam stat vna rubr. illius statuti simpliciter, quod filia dotata non succedat, sed in nigro dicebatur, quod filia dotata excluderetur, à successione matris, & auiz, & nihil dicebatur de successione patri, dubitabatur an illa filia cesseretur per id statutum exclusa à successione patris, & concludit Pau. de castro, quod cesseretur exclusa à successione patris quoque, quia licitum est arguere, à verbis rub. & allegat nota, in l. j. ff. cert. per. * Ben. Hæc de verbo ad verbum ponit Alex. in l. j. ff. cert. per. & eam opi. tenuit. Rimi. ibi. Iacob. de nigris, & communem esse, videtur sentire Alcia. ibi. & Euerat. in centuria in loco à rubri. ad nigrum. * Bode. contrarium puto, quia odiosum est filium excludi à successione patris, propter verba generalia huius statuti, vt licet videre ex Iaso. in l. j. ff. cert. per. qui etiam alijs rationibus mouetur. * Ben. quibus singularis Deci. respondet ibi. & eam tenet Deci. Ripa. Hyero. Butigel. Cur. licet magna cum dubi. in præfata l. j. vbi latius licebit videre resolutionem: nam Deci. mouetur, quia ipse vt supra dixi, tenuit, quod rub. etiam habentes orationem perfectam, & maximè quam sunt generaliores nigro non disponant, nisi quatenus in nigro continetur: ad quod videntur habere relationem rub. argu. l. in test. ff. de condi. demõstra. auth. si quis in aliquo. C. de edendo. sed huic obiectioni facile responderetur vt per Iaco. de nigris licet videre ibi. qui omnibus Decij obiectionibus respondet, & huic in qua Deci. dicebat quod rubr. est posita ad demonstrandum nigrum, & sic habendo relationem ad nigrum, non disponit de per se sola, sed quatenus in nigro continetur, est verum quando non habet orationem perfectam, sed nos loquimur, quando rub. generalis habet orationem perfectam quia tunc non habet relationem ad nigrum, vt est videre in rub. C. ne Christianum manci. quæ cum sit de se perfecta, nõ habet relationem aliquam ad nigrum, sed disponit de per se, intelligendo orationem perfectam, vt supra declaravi. adeo quod statuti rub. haberet orationem perfectam vt ipse Deci. deducit ibi. & melius Rip. sequetur, quod ipsa disponet absque
 393 aliqua ad nigrum relatione. * Ioan. de pla. † videamus nunc, quid e contra. si nigrum esset generalius ru. vt est glo. in auc. de incestis nupt. in ver. illicitas. * Ias. ita est rubr. vt Ecclesia Romana. & in auc. nul. cred. agri. iuncta glo. & puto dicendum cum glo. in d. auc. de incestis nupt. quod non restringatur nigrum per ru. * Oze. ad idem. * Bode. & ego * Ben. & hanc opinio. tenuit Paul. de castro in l. prima. ff. si cert. peta. licet corruptè alleget rubr. pro hac opin. C. de religio. & sumpt. fu. idem Alex. Arc. Iaf. Rimi. Deci. Ripa. Butigel. Iacob. de nigris, ac omnes in d. l. j. vbi varias rubr. & loca adducunt quæ breuitatis causa omitto. † quæ
 394 conclu. limitat Alexand. & Rimi. ibi, quando nigrum esset dubium, & obscurum, quia tunc per rubr. declarando restringeretur iuxta limpe-

ratores. ff. de in diem addi. cum his quæ supra diximus vt not. per glo. in rubr. C. ne liceat tertio prou. sed Butigel. in d. l. j. repræhendit hoc quia dicit ipse, si quotiescunque nigrum est obscurum declarabitur & restringetur per rubr. sequeretur quod semper nigrum generalius rubr. restringetur per rub. quoniam generale dicitur obscurum iuxta regulam, generalitas parit obscuritatem. l. ita fidei. ff. de iure fisci, cum sumi. sed potest responderi quod nigrum generale dicitur obscurum non tantum quando loquitur in genere, quod certè parit obscuritatem: sed etiam quando nigrum loquitur specialiter, & sic clarè, & plures amplectitur species quàm in rub. vt ex eorum dictis & allegatis patet, adeo quod in primo casu habet locum limitatio. in ij. regula. Sed his non obstantibus, puto hanc conclusionem esse falsam: quia imperator, in §. quibus in constitut. j. Cod. & pontifex in probe. vt mandauit leges & capitula congruis & debitis subdi. Tit. si daremus plus contineri in nigro quam in ru. quomodo congruis tit. diceretur. l. subiecta præterea rub. fit ad demonstrandum id quod in nigro continetur si in nigro plus est, quomodo per rub. demonstratur: item ista conclusio est de directo contra id quod doct. hic dixerunt, & notant omnes communiter per illum text. l. j. ff. si cert. peta. quod rubr. debet esse generalis ad nigrum, quod quatum accidat quado nigrum plus continet, vnicuique iudicandum relinquo. Nec repugnat quod sit repetire rub. generaliore in nigro, quia non per hoc dicitur subinconguiti. nigrum positum, quoniam in maiori continetur minus, sed non e contra, in minori continetur maius. l. j. §. si stipulanti. ff. de verbo. oblig. ideo in rub. maiori nigro continetur etiam illa pars quæ nigro conuenit sed non e contra in rubr. minori nigro, non continetur omnis pars, quæ est in nigro. Non obstant adducta in cõtrarium, † & primo text. in auth. de incestis nup. quoniam illud nigrum non est generalius. rubr. nam rubr. loquitur de incestis & neph. nup. nigrum de incestis tantum. Non obstat. quod text. loquatur generaliter, si quis contraxerit illicitas, & c. quod est generale, quoniam vt cuique inuenti licet videre, imperator met restringit dictam generalitatem, nam dicit si quis illicitas, & contrarias naturæ nuptias contraxerit subdit textus, quas nepharias & incestas, & damnatas, lex vocat, ecce igitur quod imperator met se declarat, quod ipse non intelligit dicere nisi de iis duabus speciebus & quod de incestis & nephariis tantum loquatur, in illo nigro licet inspicere, quia semper de iis habet sermonem. vel possumus respondere quod dato, quod in nigro generaliter de omnibus nup. illicitis loqueretur, nihilominus, non fuisset generalius rubr. quoniam in rubr. dicitur de nefariis nuptiis, nefarium venit à verbo nephas, quod significat illicitum, vt tradit Claud. Scisel. in repetitione l. vt vim. ff. de iustitia. & iure. ff. de orig. iu. ideo possumus dicere quod ibi in illa ru. posuerat generaliter de nephariis nup. vt omne amplecteretur nup. illicitas, nec interese, quod posuerit de incestis, adeo quod non videatur opus cū generaliter rub. de neph. posuisset. quia respondeo ad meliorem declarationem iure nostro nõ improbari, talem rub. ponentè genus, & speciem, vt
 396 C. de seru. & aliqua. de iust. & iu. cū infinitis. † Nõ obstat rub. iuncto nigro vt eccl. Rom. centum anno quia